Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tatem. foris humilis corpore. intus pollens diuini
tate. Deniq; et ipsa ei inter homines conuersatio simul
utrumq; monstrauit. in passionib hominem. in uir
tutib dm. Esuriuit enim. s; esurientes multiplicatis p
benedictionem panib pauit. Quod esuriuit carnis
fuit. quod pauit di. Qui et flentib opem tribuit ex
homine fuit. quod lacrimauit. quod pstitit ex diui
nitate. Orauit et exaudit est. Ipse testatus est homi
nem. indicauit quod pcem fudit. maiestatem qd in
pcib ipse sibi respondit. Omib g reb duplicem in se na
turam monstrauit. et ido substantie utriq; mediator est.
quia dum submisit celestia exaltauit humilia. fecit
summam ex diuersitate concordiam. ut in eo una utraq;
fieret. qui in se utrumq; retinet. dns nr ihc xpc qui ui
uit et pmanet cum patre et spu sco in eternum.

4. AUDITE FILII LUCIS. Item de natiuitate dni.
ad optati in regno di kmi. audite et exul
tate iusti in dno. ut nos rectos possit decere
laudatio. Audite qd nostis. recolite qd audistis. ama
te qd credidistis. pdicate quod amatis. Sicut anni
uersarium celebramus hunc diem. sic huic diei debi
bitum expectate sermonem. Natus est xpc ds de patre
homo de matre. De patris immortalitate. de matris
uirginitate. de patre sine matre. de matre sine pa
tre. de patre sine tempore. de matre sine semine